

vis vnus aut alter inueniatur. Hic postquam ordini Car-
dinalium me inscripsit Varmientem quoque ecclesiam ad ma-
re Balcheum inter Sarmathas sitam postulantibus cano-
nicis commendauit. Cuius possessionem frementibus ea in
regione crudelibus et atrocissimis bellis non dum assequi
potui. In vmbria que hoc tempore sub ducato Spoleta-
no continetur. pauce ciuitates intestinis seditionibus caru-
erunt. Nursia Quincti Sertorij quondam patria Buelfa-
rum partium insidius sepius agitata vix tandem respirare
potuit. Narnea quam Sulphureo gurgite conditis annis
circuit antipiti vix adeunda iugo Sibellinorum factione
depressa Buelforum consilio ductu quiescit. non Amerinis
non Reatinis. non Fulginatibus. non Vitanis. non ipsis
denique Spoletanis sine calamitates defuerunt. Sed Aluina
ciuitas omnium miserorum inuenta est: que dum modo Bra-
chianam. modo Sfortianam factionem admittit: et nunc par-
tem que superior modo alteram que inferior est amplectitur
se procellis fortune quaciendam prostituit: Picentium re-
gionem quam nostra etas Marchiam vocat Franciscus
Ciccomes Eugenio quarto pont. maximo tum rebus Ba-
silienibus occupato: ac non solum Philippi Marie. Sed
Alfonsi quoque Regis inimicitis implicato. vna quodam-
modo excursionem ademit: nonnullisque post annis continuata
possessione retinuit: Interim captus amore puelle: que iter
virgines coniugi sue seruiebat: et sibi multarum molestiarum
et illi necis causa fuit: Perpetua ea vocata est. apud Ro-
uarienses honestis parentibus orta. forma egregia et inge-
nuis moribus: nisi potentis domini decepta Blandicus vir-
ginitatem cum adulterio permutasset: hec cum iam paulatim
incunesceret vterus ad tegendum facinus questio qui eam
duceret viro despondetur: constituta nuptiarum die voca-
tis amicis apparato grandi conuiuio sponsus in oppido quod